De qua commutatione nequis per succedentia tempora reddatur ambiguus, presentem kartulam huius rei indicem super his conscribi et sigillo nostro roborari pręcepimus.
Huius concambii testes sunt de choro Sancti Kyliani Otto prępositus, Gebehardus, Gvntherus et Sifridus prępositi et totus chorus, sed et Herboldus uicedomnus cum Adelrico, Chadelbone et aliis multis; de choro Sancti Petri testes sunt Vlricus prępositus, Luipoldus et Eberhardus prępositi, Chůnradus custos, Tůto scolasticus cum aliis quam pluribus; item de laicis Pillungus et Gundelohus, frater eius, Hermannus de Eiske, Chůnradus camerarius et alii plures.
Acta sunt hęc anno MCXLV, Chůnrado II. reg... [a], Embrichone Wirzebergensi episcopo.

---

a) durch das nachträglich aufgedrückte Siegel ist ein Teil der Datumszeile verdeckt;

1) Vorurkunde UV 2;
2) die Zählung Egilberts als neunten Bischofs bedeutet, daß der wegen Simonie abgesetzte Bf.Hermann I. (1065–1075) mitgezählt worden ist; ein dadurch entstehender Verdacht auf eine Fälschung der Urkunde wird durch die auch anderswo zu dieser Zeit nachweisbaren Zeugen und durch die äußeren Kriterien der Urkunde entkräftet (vgl.dazu Pfeiffer 1966, S. 118 f.);

4 [ca.1145] [1]

Bf.Egilbert bestätigt die Schenkung von Gütern in Memmelsdorf, die sein Ministeriale Konrad dem Hospital unter Beifügung einiger Bedingungen gemacht hatte.

O.: MBU 239 (Perg. 19,6 x 27,3)
S.: vgl.UV 3
D.: Von Memelsterf.
Steinhawß und hoff geschicke.
An.: F.t
Bamberg Hochst.Urk.Fasz.139. [a]

K.: (1) B Rep.A 139, fol.3';
(2) B Cod.Dipl.fol.1 f.;

R.: L II 391; TB S.398 nr.11a;

Ü.: Schrott 1975, S.42 f.;

F.: Schrott 1975, S.42 f.;

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter ego Egilbertus dei gratia Babenbergensis episcopus mansum unum [apud] Memistorf, quem fidelis noster Chůnradus in beneficio habuit, una cum area sua principali et domo lapidea et aliis quatuor areis adiacentibvs pariterque decimam villę tocius preter eam partem, quem parochia Sancte Marię Babenberge ibidem habere cognoscitur, ad altare Sancti Theodori in hospitali nouo tradidi, uidelicet Chůnrado flagitante, sociis uero suis ministerialibus in id ipsum consentientibus, hoc equidem pacto, ut in anniuersario die obitus sui modius tritici et decem denarii in consolacionem pauperum de manso tribuantur itemque in anniuersario uxoris suę Christinę de decima tantundem persoluatur, de areis uero IIIIor supra nominatis in dormitorio infirmorum et pauperum luminare singulis noctibus pręparetur. Ipsis autem uiuentibus de bonis prędictis nulla fiat iniuria, sed libere eis utantur et possideant et prędictam consolacionem hospitali in XLma persoluant. Si uero Christina marito superuixerit, ipsa de manso modium tritici cum decem denariis et de areis solidos IVor ad luminare persoluat, decimam uero hospitali libere deseruiat.
Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant, banni episcopalis auctoritate et sigilli pręsentis inpressione confirmaui.
Testes huius rei sunt canonici Bruno episcopus, Volmarus decanus, Růzelinus prępositus, Ǒdalricus prępositus; laicis uero Stercherus de Mutechendorf, Bruno de Sconinuelt, Hein r[i]he de Othlohistorf, Megingoz, farter eius, Gotefridus de Eische iunior et frater eius Heinricus, Herbo, Diemarus et alii plurimi tam ministeriales quam liberi.

---

a) Bleistift

1) Růzelins Stellung in der Zeugenreihe vor Ǒdalricus, dem Propst von St.Jakob, bedeutet, daß er schon Propst von St.Stephan, dem angesehensten Nebenstift, war, was auf spätestens 1145 hinweist; auch die Nennung Sterchers weist auf dieses Jahr hin, in dem dieses Geschlecht letztmals erwähnt ist (vgl.Veit, S.351 f.);

5 1157 [1]

Bf.Eberhard II. bestätigt den Tausch von Höchstadt, für das er der Pfalzgräfin Gertrud Güter in und um Bamberg zur Verfügung stellte, mit denen sie die Stiftung des Klosters St.Theodor ermöglichte.

O.: MBU 283 (Perg. 41 x 63,3)[2]
S.: durchgedrücktes rundes Wachssiegel Bf.Eberhards II. (d=6,8);
EBERHARDVS DEI GRA BABENBERGENSIS[a] EPISCOPVS
D.: Eberhardi II.episc.Bamb.fundatio.
Wechselung Hochstet mit des bischoffs und capitell wortt.[b]
Prima litera acopiata.[c]
1157
An.: E.c
f.139/No.872.[d]

A.: BU 271-2 (Perg. 32,7 x 38,8)
S.: vgl.UV 15
D.: Eberhardus episcopus; copia super Drosendorf.
1157
Fundatio Eberhardi II. episcopi vidmata tempore Leupoldi episcopi.[e]
Fundationbrieff des closters Sant Theoderussen 1157.[f]
An.:E.c

K.: (1) B Rep.A 139, fol.3'f.;
(2) B Cod.Dipl.fol.2'ff.;

R.: RB I 229; L II 423 f.;

Dr.: Schuberth 1792, S.20 (teilw.); Haas 1819, S.326 ff.; Zink 1975, S.18 ff.;

Ü.: Zink 1975, S.18 ff.;

(Chrismon)[g]In [h] nomine sanctę et indiuiduę trinitatis[g].[i]Eberhardus Babenbergensis ęcclesię episcopus IIus. Quia sub sole locum iudicii impietas et locum iustitię iniquitas [3] plerumque peccatis exigentibus occupat, nos in eo, quod nostra interest, futuris casibus obuiare et morbis humanę prauitatis remedia, qualia possumus, in diebus nostris preuidere dessideramus. Notum igitur esse cupimus uniuersis fidelibus tam futuris quam pręsentibus, quod communicato prelatorum et totius cleri nostri cathedralis consilio hospitale Sancti Theodori incrementum dante deo in abbatiam sanctimonialivm proveximus ibique nobilem genere, moribus autem nobiliorem dominam Gerdrudem cum sanctimonialibus de Wehtereswinchele translatis adgregauimus, quatenus ciuitas nostra, quę spiritualibus undique cingitur tam clericorum quam monachorum propugnaculis, devoto quoque femineo sexu in ambitu et procinctu suo non careret et diuinę servitutis cultus accresceret, curę quoque pauperum et hospitum nichil decederet.
Bonis itaque prius ad illud hospitale pertinentibus consensu et adstipulatione totius capituli nostri a maximo usque ad minimum ipsi abbatię contraditis et confirmatis perpetuę stabilitatis iure, de nouo superaddimus rogatu prędictę matronę pro recompensatione castri sui Hostete et aliorum bonorum suorum eodem ambitu illuc pertinentium hęc bona, que subnotata sunt: Gundoltesheim, curtem nostram dominicalem cum mansis ibi sitis et decimis noualivm, quęcumque nostro sumptu ac tempore ibi esse ceperunt aut post futura sunt; Drosendorf cum ęcclesia et omnibus pertinentiis suis; Gezendorf; Trebechendorf cum omnibus illuc pertinentiis.
Hac autem condicione a nobis hęc data et a pręfata matrona suisque sororibus acceptate sunt, ut, si quid natum fuerit questionis postmodum super his non sororibus sed episcopis, qui castrum Hostete cum prędiis suburbanis possessuri sunt, respondendi actio incumbat et recompensatio dampni, si necesse fuerit. Montem quoque tradidimus eidem abbatię, qui hinc inde uallibus cingitur et silua beati Stephani et sancti Jacobi usque ad Hazenhof et ipsam curticulam Hazenhof cum quadam parte siluę adiacentis a beato Stephano commutatam.
Specialiter uero pręter hanc recompensationem molendinum in capite pontis uersus ciuitatem situm una cum ipsa area predicto claustro contulimus pro nostro et fundatorum et omnivm debitorum nostrorum remedio. Statuimus autem, ut locus ipse, ubicumque monasterium fuerit situm, sicut sanctuarium dei, velut ortus conclusus, fons signatus et sicut sancta sanctorum clausuram perpetuam habe[at][i] et quietem pro[cul][i] ab omni sęculari tumultu et incursu et cuiuslibet generis exactione atque uexatione. Omnibus uero illuc bona faciendibus aut ei sua iura conseruandibus corona iustitię in illum diem a domino conseruetur, adversantes autem sine causa, nisi commoniti secundo aut tercio resipuerint, a communione sanctorum elongentur, et fiant filii eorum orphani et uxores eorum uiduę, scientes in die tremendi examinis ignis illius se tradendos supplicio, qui paratus est diabolo et angelis eius[4].
Actum anno incarnationis dominicę MCLVII, indictione V, regnante domino Friderico Romanorum imperatore, anno regni eius VI, imperii uero III.
Ego Ůdalricus presbyter et prępositus maioris ęcclesie ss.
Ego Uolmarus decanus maioris ecclesie ss.
Ego Brvno sacerdos ss.
Ego Tuto diaconus et magister scolarum ss.
Ego Volcmarus sacerdos ss.
Ego Hermannus presbyter ss.
Ego Diepertus presbyter ss.
Ego Ůdalricus archipresbyter ss.

Ego Bere archidiaconus ss.
Ego Hermannus ⌈diaconus⌉[k] ss.
Ego Fridiricus diaconus ss.
Ego Eb⌈er⌉hardus diaconus ss.[l]
De ordine uero laicorum, qui huic facto interfuerunt et assensum prebuerunt, testes hi sunt: Regenold de Riphenberc, Otto de Nieste, Otto de Livtenbah, Vdalrich de Kalwenberc, Vdalrich Walpoto et Friderich frater suus, Bruno et Eberhart frater suus de Gozwinesteine, Heinrich et Mengoz frater suus de Othlohesdorf; ministeriales: Hermann de Eische et filii sui Hermann et Heinrich, Billunc de Memesdorf et filius suus Rateloch, Gundeloch de Bodelendorf, Heinrich de Striperc, Heinrich de Widene, Deipolt de Wernestorf, Eberhart de Tundevelt, Adelbreht de Vraha, Adelbero de Burgelin, Marcwart de Willehalmesdorf, Egeno de Criegenbrunnen, Boppo de Droschenroit et fratres sui Irenfrit, Gerunc, Eberhart.

---

a) 16.Jh. b) 15.Jh. c) 14.Jh. d) Bleistift e) 14.Jh.
f) 16.Jh. g)-g) Gitterschrift h) Leupoldus dei gratia episcopus Babenbergensis. Datum per copiam. UV 5, A.;
i) durch Falte verderbt k) durch Falte verderbt; zu erschliessen aus dem verfügbaren Raum und aus der Stellung innerhalb der Zeugenreihe; l) geistliche Zeugen in 4 Gruppen unterteilt;

1) zur näheren Datierung vgl.Kap.III. c);
2) zur Beschreibung des Schreibers vgl.die diesbezüglichen Arbeiten von W.Föhl;
3) Prediger 3, 16;
4) Matthäus 25, 41;

6 ⌈ca.1158⌉ [1]

Abt Adam von Langheim verleiht der Äbtissin Irmgard und ihrem Konvent Güter in Gundelsheim, die der bischöfliche Ministeriale Konrad den Klöstern Langheim, Heilsbronn und Ebrach zu gemeinsamem Nutzen übergeben hatte.

O.: MBU 285 (Perg. 16,5 x 44,7)
S.: durchgedrücktes spitzovales Wachssiegel Abt Adams (2 x 3);
S.ABBATIS DE LANCH
D.: [a]Eberhardi II.[a] Conradi episcopi Bambergensis camerarii donatio Adamo primo abbati in Lancheim facta sine anno mno et die.[b]
Super Gvndoldzheim.[c]
Uber Gundolczheim.
An.: N.44
C.k
[a]Hochst.Bamberg Fasz.139, (c.1158)[a]

K.: B Rep.A 139, fol.4';
R.: RB I 233; Schweitzer 1859, S.16 f.; L II 425;

[d]In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis[d]. Ego Adam dei gratia primus abbas in Lancheim[e]. Sicut semper saniori consilio fratrum nostrorum, quecumque nobis data sunt largitione principum, quorundam fidelium uirorum commodius et utilius in usus ecclesię nostrę promouere studuimus, sic et beneficia, que contulit nobis camerarius Babenbergensis episcopi Conradvs[f], uir bonus ac timoratus, pro remedio animę suę in Gvndoltsheim tribus monasteriis Lancheim[e] scilicet et Halesberg[e] et Ebera[e], quibus etiam dotauit episcopus Eberhardus[e] capellam, quam fundauit idem Conradvs[e] super portam occidentalis plage Babenbergensis,[2], in communes usus [3], quia nobis hęc cura pręcipue est commissa, attrahere temptauimus. Eapropter hoc inuenimus consilium absque pręiudicio tam sanius sapientis, ut dominę abbatisse Irmingardi[e] et eius congregationi de Sancto Theodoro[e] eadem beneficia adiacentia eorum predio censuali iure decem modiorum forensium tritici, siliginis X, auene triginta et pro XII carratis feni concederemus tam destruentes cottidianas rixas utriusque familię quam confirmantes uinculum perfectionis, pacis et caritatis; hoc etiam commonentes omnem fratrem, ut sit prudens, discretus et humilis in consiliis, non pręceps, uehemens ac tumens in iudiciis timeatque se iudicari a domino, quem iudicat ipse, qui in medio nostrum est, cum talia dispensamus in nomine eius et ordinamus.
Hanc uero cartam non in confirmationem sed in testimonium et monumentum huius dispensationis scribi et sigillari fecimus, ne forte per obliuionem aliquando discordantes erremus et per hoc nostrę religionis custodiam imminuere incipiamus. Ceterum, quicumque melius ordinauerit, annuimus et gratum nobis est congratulamque ei plurimum, per quem prouiderit dominus usus ecclesię nostrę satius prospectum[g].

---

a-a Bleistift b) 16.Jh. c) 15.Jh. d-d Gitterschrift
e) Kapitale f) Kapitale; folgendes Verweiszeichen bezieht sich auf Hinweis am Textende: vid.Lib.Privileg.A num.1, pag. 59b(= Liber Privilegiorum Bambergensium A 1 (B Rep.B 21, Nr.1 fol.6o)); zum Inhalt vgl.Anm.2; g) folgen Archivnotizen iRz

1) wohl erst kurz nach 1158, da die Zinsleihe eine gewiße Form der Organisation des neuen Klosters voraussetzt, die unmittelbar nach der Stiftung sicher noch nicht erreicht war;
2) vgl.Geldner 1966,S.75 und 212 ff.;
3) Schweitzer 1859, S.16 f.; Schuhmann/Hirschmann, S.6 nr.11;

Heinricus de Eische, Luipolt, Folnant, Herdein, Bero, Gundelevs, Otto, Heriman, Heinrich, Dietericus, C°nrat, Reinbote, Heriman, Reginolt, Bernhart et alii multi.
Data Babenberg anno dominicę incarnationis MCLXXII, indictione V, regnante domino Friderico Romanorum imperatore inuictissimo, anno regni eius XXI, imperii uero XVIIII [2].

---

a) 15.Jh.   b) 14.Jh.   c) 16.Jh.   d) korr.'1162'
e) Bleistift   f-f Gitterschrift   g) nachträglich eingefügt

1) Datum der Handlung und der Ausstellung unterscheiden sich (vgl.die Angaben in der Urkunde); die Angabe von Monat und Tag wird durch die Angabe der Königsjahre ermöglicht (1152 III 9);
2) die Zählung nach Kaiserjahren korrespondiert nicht mit den übrigen Angaben;

8 1174 [vor III 9] [1]

Bf.Hermann II. bestätigt die Schenkungen Bf.Eberhards II. und die Dotationen verschiedener Geistlicher und Laien und nimmt das Kloster in den bischöflichen Schutz.

O.: MBU 322 (Perg. 44,3 x 65,2)
S.: vgl.UV 7
D.: Was yder man[b] geschickt hat, Kawlberg unde alle andere[a] dorffer.
Tercia litera acepiata.[c]
1174
Bischoff Hermann, ander ...[d]
An.: Hochst.Bamberg Fasz.140, 1174.[e]
E.d

K.: (1) B StB.4895, fol.196 ff.;
(2) B Rep.A 139, fol.5'ff.;
(3) B Cod.Dipl., fol.8'ff.;

R.: RB I 287; Lang 1831, S.125; Oefele 1877, S.124 nr.109a (teilweise); L II 482 ff.; TB S.400 nr.19 und 20, S.418 f. nr.29-36;

[f]In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Hermannus dei gratia Babenbergensis ęcclesię episcopus[f]. Quia in ministerium et dispensationem domus suę humilitatem nostram ordinauit superna dignatio, ęcclesiis dei, quibus ipso auctore presidemus, diuturnę pacis et securitatis presidium prouidere debemus, ut liberioribus animis domino seruientes diuinis proficiant institutis et in temporalibus suis ab iniuria hostilis

incursionis minuantur. Ęcclesiam igitur sanctimonialium, quam in territorio Babenbergensi de thesauro felicis ancillę Christi Gerdrvdis[g] palatinę in honore Sanctę dei genitricis Marię[g] Sanctique Theodori martyris fundauit et plantauit, beatę memorię predecessor noster Eberhardus episcopus tamquam thalamum sponsi cęlestis et habitaculum animarum sanctarum precipuo amore diligentes eamque in congruum statum domino auxiliante proficere cupientes bona, quę ex oblatione fidelivm, ex conceptione vel concambio possidet in diuersis locis, in tutelam nostrę defensionis suscepimus et, ut in pace permaneant, presenti scripto ea collegimus, sigillo nostro roborauimus et uerbo dei pro iure nostro a prauorum inuasione muniuimus.
Dominus igitur ac predecessor noster Eberhardus episcopus inter cętera, quę pro commutatione Hohestetensis castri et predii domina palatina mediante eidem ęcclesię contulit, sub testimonio cleri et populi sui deputauit et contradidit ancillis dei montem Kulberg cum omni iure, ut in eo habeant hortos, pomeria et uineas aliaque necessaria, et predivm in Ditgerswinden cum silua adiacente, quod a domino Friderico de Hergoltesbach, cuius beneficium erat, V talentis absoluit. Dedit quoque pro remedio animę suę ...[h] molendina quatuor rotarum in foro Babenbergensi, iuxta quo habent duas areas, quarum una cum domo empta est V talentis et soluit IIIIor uncias, alia autem X talentis reddens dimidium talentvm. Reddit autem molendina annuo censu quinquaginta duos modios tritici, duos porcos saginatos aut pro eis dimidium talentvm, duos minores aut pro eis suos solidos, duos modios tritici pro xenio. Dedit etiam Heida ex altera parte Radancię et unvm mansum in Tuirstat pro recompensatione IIorum talentorum, quę reddebantur de Owa et Ruprehteshusen, que uendita sunt in comparationem predii in Bolenza; preterea de dominicatu episcopali tradidit palatinę nouale in Buch cum omni usu ad VI mansos estimatum, quod reddit IIIa talenta, et predivm in Gezendorf, dominicale quoque in Memensdorf cum prato et decima alisque pertinentiis suis.
Ipse et Berhtoldus marchio contulerunt eidem ęcclesię quoddam nouale in confinio Weikendorf et predii ad Lancheim pertinentiis situm, cuius aliqua pars sumptu pene XX talentorum exculta duobus mansis in eadem uilla addita est ad amplifican-

dum dominicale in Memenstorf. Dedit etiam mansum Ivm pertinentem ad dominicale suum in Gundoltesheim, qui reddit IIIIor uncias et situs est in Mirkendorf.
Nos quoque filiam fratris nostri Adelberti in eodem monasterio domino mancipantes predium nostrum in Volsendorf et Stulen, cuius reditus sunt IIIIor talenta et LXa denarii, sub testimonio prelatorum, cleri et populi nostri deo et sanctis eius inibi cum ea obtulimus eiusque defensionem sine iure aduocatię auunculo nostro Hertnido de Ratendorf commisimus.
Prepositus maioris ęcclesię nostrę[i] Ůdelricus pro remedio animę suę contulit eidem ęcclesię XVI iugera uineti in Isoluestat, aream, domum et torcular in ea. Eiusque successor Gisilbertus prepositus VI iugera in eadem uilla donauit ancillis dei [2].
Canonicus etiam maioris ęcclesię nostrę Diepertus pro remedio animę suę tradidit eius predium[k] Sydenhusen reddens XII solidos, ex quibus in singulis nataliciis apostolorum sumptu unius solidi uictualia ancillarum dei ampliari condixit.
Cum duabus sororibus Chůnradi de Scheigenuelt[l], Adelheide et Judinta, duo predia ipsi ęcclesię sunt oblata, unum in Horwa reddens talentum, aliud in Ilminowa reddens XXX solidos, quorum defensionem preter usum aduocatię Chůnradus, frater earum, pro salute animę suę suscepit.
Reginbertus de Hadelohedorf cum filiabus suis obtulit tres mansos in Gozwinesberge reddentes XXX solidos sine aduocato.
Gotefridus de Hohestete cum filiabus suis optulit predium in Vorbeten, Heselere, Houestete et Mennenbac soluens reditum duorum talentorum.
Diemarus de Hohestet filias suas deo inibi offerens dedit predium in ...[m] reddens IIo talenta et dimidium, ex quibus, dum uiuit, dimidium ta[le]ntum persoluit, duobus sunt retentis; eo autem defuncto ęcclesia reditus suos ex integro recipiat.
Erchenbertus de Chozzenberg cum filia sua obtulit possessionem suam in Eskelhorne in tempore fructificationis suę ad duo talenta et LX denarios estimatam.
Heinricus de Hawesberg cum filia sua obtulit mansum reddentem VIII uncias.
Cum filiabus Pillungi mansus unus oblatus est reddens VIII uncias.
Fridericus de Dornbach pro uadimonio[n] XVI talentorum posuit eidem ęcclesię posessionem suam in Drosendorf, quam postea

adaucto precio ipsi delegando confirmauit.
Meginhardus acceptis XXVI talentis predium suum in eadem uilla per manus delegatorum suorum Heinrici de Eiske, Megingoti de Othlohesdorf, Liupoldi de Wisentowe ipsi ęcclesię firma astipulatione contradidit.
Perngerus de Wideleshouen obtulit ad altare Sanctę Marię[g] in eadem uilla aream unam in Breitenbach et V iugera in Munrichesberge ad usum nocturni luminis pro remedio animę sue.
Predium Bolenza a fratribus Eberacensis cęnobii CLX talentis cum omni usu liberum ab aduocato coemptum est, cuius reditus computantur ad VIII talenta. Eius defensio sine usu commissa est Gundloho de Bodelendorf.
Predium Lesten emptum est ad Gotefridum CXXXIII talentis, quod datis XXX talentis usu fructuario possidet Fridericus, canonicus maioris ęcclesię, eoque defuncto in potestatem ęcclesię reuertetur.
In Memensdorf emptum est pratum ante curtem X talentis ad Ratloum ministerialem nostrum.
In Lizendorf emptum est predium XIIII talentis, quod reddit dimidium talentum.
Predium in Hartenrut emptum [est e] thesauro palatinę XIIII talentis et soluit talentum.
In Hirzheida emptum est mansus unus, in Suselingen alius ex pecunia palatinę; unus reddit VI solidos, alius septuaginta denarios.
Gundelohus de Bodelendorf uendidit eidem ęcclesię pro XXIIIIor talentis tria iugera et pratum in Gundoltesheim.
Marcwart et Craft acceperunt pro beneficio et predio suo in eadem uilla XLIIII talenta.
Predium in Virst, IIIIor mansi et dimidium, reddens nouem uncias cum siluis duabus emptum est ad Berhtam X talentis, que dedit Liutoldus, sacerdos de Culminaha, et traditum est per manum Gundloi de Bodelendorf.
Defuncto Engilhardo de Frensdorf Rapoto comes pro remedio animę eius obtulit eidem ęcclesię mansum unum in Riuelendorf, qui reddit dimidium talentum.
Siquis hęc legitime sub testibus contradita et tranquillę possessionis usu roborata sigilli quoque nostri auctoritate confirmata alienare, uendicare et perturbare temptauerit, auctoritate dei omnipotentis, beatorum apostolorum Petri et Pau-

li et nostra iterum iterumque et tercio anathema sit.
[f]Hec descriptio facta est anno ab incarnatione domni MoCoLXXo IIIIo, indictione VII, regnante domno Friderico Romanorum imperatore inuictissimo, anno regni eius XXIIo, imperii autem XXo[f].

---

a) unter der Zeile nachgetragen b) 15.Jh. c) 15.Jh.
d) Rest unleserlich e) Bleistift f)-f) Gitterschrift
g) Kapitale h) durch Tintenfleck unleserlich i) über der Zeile nachgetragen k) korr. 'preb-' l) korr.'Scheid-'
m) Auslassung n) 'prouadio'

1) da Friedrich seit 1152 III 9 König war, läßt die Angabe der Regierungszeit in der Datierungszeile diese Einschränkung erkennen;
2) vgl.dazu Bibra, S.9; Udalrich hatte den Weinberg 1148 von Abt Gumbert von Kloster Schwarzach erworben (vgl.RB I 191; Mon.Castell. 9);

9 1174 [vor III 9] [1]

Bf.Hermann II. bestätigt, daß das Domkapitel sein Hospital den Nonnen von St.Theodor übertragen habe unter der Bedingung, daß die Äbtissin durch den Domdekan mit dem Besitzrecht daran investiert werde.

O.: (1) MBU 324 (Perg. 39,9 x 51,4) [2]
S.: (1) durchgedrücktes rundes Wachssiegel des Domkapitels (d=6,2);
SGS GEORIVS
(2) vgl.UV 7
D.: Testamentum de hospitali ad Sanctum Theodorum.[a]
MoCoLXXIIII[b]
Inuestituram prelacionis de manu episcopi et curam hospitalis a canonicis per manum decani ecclesie Bambergensis accipiat abbatissa.[c]
An.: C
35[c]
Bamberg Hochst.Urk.f.12 N.61[d]
(2) BU 271-3 (Perg. 35,1 x 48,1)
S.: (1) vgl. O (1)
(2) vgl. O (2)
D.: Testamentum de hospitali ad Sanctum Theodorum.
Secunda litera acopiata.
Bischoff Herman erst privilegium incipiente, quia...[e] sinimus.
1174
An.: E.a
Rep.H 5, No.271/3, 1174.[d]
A.: AEB Rep.I, Fach 20, Akt Nr.225, S.1-3

K.: (1) B Rep.B 21, Nr.1 fol.64'f.;
(2) SB BA, R.B. Msc.48;
(3) B Rep.B 86, Nr.235 fol.220 ff.;
(4) UB WÜ, M.ch.q 93, fol.462 f. (alte Zählung fol.415 f.);
(5) B Rep.A 139 fol.5;
(6) B Cod.Dipl. fol.6'ff.;
R.: RB I 287; Lang 1831, S.125; Schweitzer 1853, S.45;
L II 481 f.;
Dr.: Schuberth 1792, S.85 ff.; Ussermann 1801, S.124 nr.138;

(Chrismon) [f]In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Hermannus dei gratia Babenbergensis ecclesię episcopus[f]. Quia summus et essentialiter bonus pastor curam ouium suarum committere dignatus est [3] humilitati nostrę in soliditate diuinę et fraternę caritatis, eas indiuise permanere diligimus, et ne uento cuiuslibet occasionis ab eius integritate moueantur, sollerti animo pręcauere intendimus. Notificamus igitur pręsentibus et futuris ecclesię filiis, qualiter noua plantatio prędecessoris nostri beatę memorię Eberhardi episcopi et fidelis ancillę Christi Gerdrudis palatinę ecclesie Sanctę dei genitricis Marię Sanctique Theodori in suburbio Babenbergensi oliuę suę matrici uidelicet ecclesię inserta spiritualis dilectionis intima fide ipsi coaluerit. Fratres igitur nostri maioris ecclesię canonici primum quidem in hospitali suo, quod a maioribus suis in redemptionem peccatorum institutum canonice possidebant, deuote et uoluntarie ancillas dei ad monastici ordinis institutionem adductas recipi consenserunt, postmodum autem in proposito spiritualis disciplinę eas proficere considerantes et speciale remedium animarum suarum de meritis et precibus earum expectantes, idem hospitale cum pertinentiis suis communi consilio et consensu utilitate earum mancipauerunt, huic dispensationi hanc firmissime conditionem subiungentes, ut abbatissa decedente, siqua ei legitima electione successerit, a manu episcopi suę prelationis inuestituram, a fratribus autem per manum decani eiusdem hospitalis curam accipiat et illud nomine eorum inseparabili iure possideat. Quod si tempore prouoluto in generatione altera eadem ecclesia arbitrio, consilio aut uiolentia cuiuslibet potestatis mota vel mutata fuerit de statu et habitu institute religionis, quo rationabiliter est inchoata kathedralis ecclesia [g] auctoritate dei et nostra hospitale suum libero et absoluto iure recipiat. Si quis hęc fraternę benignitatis studio ordinata scripto nostro commendata et sigillo nostro Sanctique Georgii ex parte fratrum roborata in-

fringere, inmutare et perturbare uoluerit, auctoritate dei omnipotentis, beati Petri sanctique Georgii et nostra sententia ab unitate corporis Christi, quem persequitur, nisi quantocius resipiscat, perpetuo anathemate illum pręcidimus eumque capiti suo sathanę, in uirtute spiritus sancti contradimus [h], ut duplici contritione contritus cum cęteris membris eius sepeliatur in inferno inferiori.

Ego Otto prępositus maioris ecclesię ss.
Ego Fridericus diaconus ss. [i]
Ego Burkardus prępositus ss.
Ego Heinricus prępositus ss.
Ego Eberhardus diaconus ss.
Ego Chunradus diaconus ss.
Ego Willihelmus diaconus ss.
Ego Tiemo subdiaconus ss.
Ego Hermannus subdiaconus ss.
Ego Burkardus ss.
Ego Chunradus subdiaconus ss.
Ego Gotefridus ss.
Ego Gundlohus ss.
Ego Chunradus ss.
Ego Heinricus ss.
Ego Marcwardus ss.
Ego Hermannus decanus ss.
Ego Adelbertus magister ss.
Ego Dietericus diaconus ss.
Ego Ůdelricus diaconus ss.
Ego Egelhardus diaconus ss.
Ego Goteboldus archipresbyter ss.
Ego Sigeboto presbyter ss.
Ego Heinricus subdiaconus ss.
Ego Eberhardus prepositus ss.
Ego Hermannus archidiaconus ss.
Ego Hermannus ss.
Ego Arnoldus ss.
Ego Otto ss.
Ego Heinricus ss.
Ego Chunradus ss.
Ego Adelbero ss.

[f]Gesta sunt hec anno dominicę incarnationis MoCoLXXoIIIIo,

indictione VIIa, regnante domino Friderico Romanorum imperatore inuictissimo, anno regni eius XXoIIo, imperii autem XXo [f].

---

a) 13.Jh. b) 15.Jh. c) 17.Jh. d) Bleistift e) Tilgung nicht lesbar f)-f) Gitterschrift g) korr.'-ie' h) 'concedimus' A i) dieser und die folgenden Unterschriften sind in 4 Kolumnen geordnet, aus denen keine einheitliche Ordnung zu erkennen ist; die erste Gruppe reicht bis Tiemo, die zweite bis Markwardus, die nächste bis Heinricus subdiaconus, die letzte beginnt mit Eberhardus;

1) zur Einschränkung der Datierung vgl. UV 8, Anm.1;
2) zur Identifizierung des Schreibers vgl. Hirsch 1919;
3) Johannes 10, 1-18;

10 Ebrach 1180 I [1]

Petrus, Bischof von Tusculum und päpstlicher Legat, nimmt das Kloster in den päpstlichen Schutz und bestätigt es im Besitz seiner Güter.

O.: MBU 337 (Perg.)
S.: angehängtes spitzovales Wachssiegel Bf.Petrus (3,3 x 4,4)
PETRVS TVSCVLANVS EPISCOPVS
D.: Concessio priuilegiorum Petri monasterio St.Theodori facta. [a]
Anno [a] 1179
Priuilegium cardinalis legati. [c]
... [d]
An.: C.d

K.: (1) B Rep.A 139, fol.7;
(2) B Cod.Dipl.fol.12 ff.;

R.: RB I 303; L II 518; GP S.289 nr.1;

Dr.: Beck/Büttner, S.373 ff.;

Beschr.: Brackmann 1907, S.123;

Petrus dei gratia Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus [e]. Dilectis in Christo filiabus Hirmingardi [f] abbatisse et sororibus Sancte Marie et Sancti Theodori Babenbergensis et omnibus, que eis in eiusdem religionis professione successerint in perpetuum [f]. Muliebris infirmitas de terra et cognatione sua uiriliter egressa ad dominum et uirginum imitatrix prudentum uiam, qua celestium nuptiarum ei ianua pateat, uita et conuersatione professa tanto in his, que pie desiderat, exaudiri debet benignius, quanto sexus infirmior subuentione plus indiget et salubrioris beneficio exhibitionis impenditur, quod piis religiosorum propositis ad salutem proficiat et fructificet ad quietem. Eapropter dilecte in Christo filie uestris iustis postulationibus beniuolentia propicie benigni-

fringere, inmutare et perturbare uoluerit, auctoritate dei omnipotentis, beati Petri sanctique Georgii et nostra sententia ab unitate corporis Christi, quem persequitur, nisi quantocius resipiscat, perpetuo anathemate illum precidimus eumque capiti suo sathanę, in uirtute spiritus sancti contradimus [h], ut duplici contritione contritus cum cęteris membris eius sepeliatur in inferno inferiori.

Ego Otto prępositus maioris ecclesię ss.
Ego Fridericus diaconus ss. [i]
Ego Burkardus prępositus ss.
Ego Heinricus prępositus ss.
Ego Eberhardus diaconus ss.
Ego Chunradus diaconus ss.
Ego Willihelmus diaconus ss.
Ego Tiemo subdiaconus ss.
Ego Hermannus subdiaconus ss.
Ego Burkardus ss.
Ego Chunradus subdiaconus ss.
Ego Gotefridus ss.
Ego Gundlohus ss.
Ego Chunradus ss.
Ego Heinricus ss.
Ego Marcwardus ss.
Ego Hermannus decanus ss.
Ego Adelbertus magister ss.
Ego Dietericus diaconus ss.
Ego Ůdelricus diaconus ss.
Ego Egelhardus diaconus ss.
Ego Goteboldus archipresbyter ss.
Ego Sigeboto presbyter ss.
Ego Heinricus subdiaconus ss.
Ego Eberhardus prepositus ss.
Ego Hermannus archidiaconus ss.
Ego Hermannus ss.
Ego Arnoldus ss.
Ego Otto ss.
Ego Heinricus ss.
Ego Chunradus ss.
Ego Adelbero ss.

[f]Gesta sunt hec anno dominicę incarnationis MoCoLXXoIIIIo,

indictione VIIa, regnante domino Friderico Romanorum imperatore inuictissimo, anno regni eius XXoIIo, imperii autem XXo [f].

---

a) 13.Jh. b) 15.Jh. c) 17.Jh. d) Bleistift e) Tilgung nicht lesbar f)-f) Gitterschrift g) korr.'-ie' h) 'concedimus' A i) dieser und die folgenden Unterschriften sind in 4 Kolumnen geordnet, aus denen keine einheitliche Ordnung zu erkennen ist; die erste Gruppe reicht bis Tiemo, die zweite bis Markwardus, die nächste bis Heinricus subdiaconus, die letzte beginnt mit Eberhardus;

1) zur Einschränkung der Datierung vgl. UV 8, Anm.1;
2) zur Identifizierung des Schreibers vgl. Hirsch 1919;
3) Johannes 10, 1-18;

10 Ebrach 1180 I [1]

Petrus, Bischof von Tusculum und päpstlicher Legat, nimmt das Kloster in den päpstlichen Schutz und bestätigt es im Besitz seiner Güter.

O.: MBU 337 (Perg.)
S.: angehängtes spitzovales Wachssiegel Bf.Petrus (3,3 x 4,4)
PETRVS TVSCVLANVS EPISCOPVS
D.: Concessio priuilegiorum Petri monasterio St.Theodori facta. [a]
Anno [a] 1179
Priuilegium cardinalis legati. [c]
... [d]
An.: C.d
K.: (1) B Rep.A 139, fol.7;
(2) B Cod.Dipl.fol.12 ff.;
R.: RB I 303; L II 518; GP S.289 nr.1;
Dr.: Beck/Büttner, S.373 ff.;
Beschr.: Brackmann 1907, S.123;

Petrus dei gratia Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus [e]. Dilectis in Christo filiabus Hirmingardi [f] abbatisse et sororibus Sancte Marie et Sancti Theodori Babenbergensis et omnibus, que eis in eiusdem religionis professione successerint in perpetuum [f]. Muliebris infirmitas de terra et cognatione sua uiriliter egressa ad dominum et uirginum imitatrix prudentum uiam, qua celestium nuptiarum ei ianua pateat, uita et conuersatione professa tanto in his, que pie desiderat, exaudiri debet benignius, quanto sexus infirmior subuentione plus indiget et salubrioris beneficio exhibitionis impenditur, quod piis religiosorum propositis ad salutem proficiat et fructificet ad quietem. Eapropter dilecte in Christo filie uestris iustis postulationibus beniuolentia propicie benigni-

tatis accomodi ecclesiam et locum, in quo diuinis uacatis obsequiis, sub beati Petri, principis apostolorum, et apostolice sedis tutela et protectione legationis eiusdem sedis, qua fungimur auctoritate, suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum domini et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum ibidem institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum iuste et pacifice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis rationabilibus modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis et eis, que uobis successerint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis ex donatione nobilis et religiose matrone Gertrudis [g] palatine locum ipsum, in quo ecclesia ipsa sita est, et quicquid habetis in uillis uel uicis, quorum nomina subnotantur: Gundoldesheim, Burchardestorf, Vgesuelt, Trepchemdorf, Trosendorf, Licendorf, Dikerwineden, Hirzeheide; item iuxta fluuium Vraha sex mansos et sub ciuitate Babenbergensi [h] quatuor molendina; quicquid insuper ratione hospitalis prius in ipso loco constructi et uobis in congregationis uestre constitutione collati possidetis in uillis subscriptis: Memensdorf, Niwenusen, Butesuelt, Chunemundesdorf, Birckehe, Mirckendorf et Gusebach; preterea quicquid habetis ex oblatione sororum siue fidelium in subscriptis uillis uel locis: Stulen et Welsendorf, Gozuwinesberch, Ilmenowe, Horwe, Mennenbach, Borberce, Eschelenhorn, Hagene, Lochin, Steteuelt, Ruhelendorf, Chrepheszůt, Zodenrůt, Grunfelt, Alpach et Birckehe, triginta duo iugera uinearum [in] Isoluestat, Sidenhusen, Ergersheim, Erkenbrehteshusen et insuper, si qua alia in scriptis seu priuilegiis uestris autenticis continentur.
Sub extremi insuper metu iudicii et sub anathematis interminatione districtius inhibemus, ne cui umquam infra claustrum uestrum mundani intuitu uel intentione colloquii uel qui ad feruorem religionis non faciat et salutis, cuiuscumque conditionis uel ordinis sit, pateat uel indulgeatur introitus, ne ibi sagena referciatur diaboli, ubi exemplum crescere debet et gloria crucifixi.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc nostre confirmationis paginam, in qua commisse nobis legationis operatur auctoritas, ausu [i] temeritatis infringere uel ei indebite contraire, possessiones uel bona earum auferre, minuere uel ablatas retinere seu religiosi tranquillitatem propositi temeraria perturbatione uexare, quominus et collata earum sustentationi deseruiant, quarum commodis ea fidelium largitio destinauit.
Si quis autem contra hanc nostre constitutionis formam temeritatis ausu presumpserit nec secundo tertioue commonitus digna satisfactione correxerit, districte ulcioni subiaceat et in extremo examine a sacratissimo corpore dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi fiat et sanguine alienus.
Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus in presenti uita fructum bone operationis et gratiam indulgeat pater misericordiarum et deus totius consolationis omnipotens et in futuro eterne felicitatis solatia largiatur. [e]Amen, amen, amen [e].
Actum apud Ebra anno dominice incarnationis MoCoLXXIXo, indictione XIIa, mense Ianuario, pontificatus uero sanctissimi patris nostri Alexandri pape III. anno XXIo.

---

a) 16.Jh. e) 15.Jh. d) verderbt e)-e) Gitterschrift
f) Kapitale g) korr.'-lt-' h) korr.'-gerg-' i) verderbt

1) trotz der Inkarnationsamgabe deuten alle anderen Datierungsmerkmale auf 118o; vgl.dazu auch Brackmann 1907 und Ohnsorge 1929, S.67 ff.;

11 Velletri 1182 V 9

Papst Lucius III. nimmt St.Theodor in seinen Schutz und bestätigt es im Besitz seiner Güter.

O.: MBU 351 [1] (Perg. 48 x 62)
S.: rundes an Schnur anhängendes Wachssiegel (d=3,5) mit Rücksiegel;
LVCIVS PP III
D.: Babst freyt hat [a]
Quarta litera. [b]
Sti.Theodori. [c]
1182
An.: Gew.A Schubl.R Num.C I [?]
H.Bamberg f.140; 1182 V 9

K.: (1) B Rep.A 139 fol.7';
(2) B Cod.Dipl. fol.17 ff.;

R.: RB I 319; St.4336; JL 14 634; L II 523; GP S.189 nr.2; NUB S.60 nr.83;

Dr.: Acta Pont.I, S.304 ff. nr.343;

[d]Lucius episcopus, seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus Irmingardi abbatisse sancte Theodore [!] Babenberge eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum [d]. Prudentibus uirginibus, que sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis iugiter se preparant ire obuiam sponso [2] sedes apostolica debet presidium impertiri, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter dilecte in domino filie uestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium Sancte Theodore, in quo diuino mancipate estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione[e] regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis aream, in qua monasterium et claustrum sita sunt, sicut eam episcopus Eberardus ad petitionem et concambium Gerdrudis quondam palatine, nunc uero in eodem monasterio sanctimonialis, Sancte Theodore contulit cum uineis et agris adiacentibus, siluis quoque et molendino, curiam in Owa, Hintensprwnch, quatuor curtes in Snephenriute cum omnibus suis pertinentiis, curiam in Gundolteshaim cum omni iure, curiam in Mamelsdorf cum omnibus pertinentiis suis, predia in Bolnsze, predia in Puldesuelt, predia in Drosendorf cum decimis et omnibus pertinentiis, predia in Sescendorf, duas curtes in Hattenriute, villam in Treukendorf cum cultis et incultis, uineas in Dornhaim cum omnibus, que prefatus episcopus Eberardus ad petitionem prenominate Gerdrudis quondam palatine Sanctę Theodorę iuxta Urahe contulit, villam in Pǒche cum omnibus pertinentiis suis, villam Cliubesperch, sane noualium uestrorum, que propriis manibus

aut sumptibus colitis siue de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis personas e seculo fugientes liberas et absolutas absque alicuius contradictione ad conuersionem recipere et in uestro monasterio retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum uestrorum post factam in eodem loco professionem sine abbatisse sue licentia nisi arctioris religionis obtentu fas sit de eodem loco discedere; discedentem uero absque communium litterarum cautione nulla audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis ianuis clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, summissa uoce diuina officia celebrare. In parrochialibus insuper ecclesiis, quas habetis, liceat uobis sacerdotes eligere et diocesano episcopo presentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, uobis uero de temporalibus debeant respondere. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbatissa uel aliqua earum, que tibi successerint, nulla ibi qualibet successionis [f] astutia seu uiolentia preponatur, nisi quam [g] sorores communi consensu uel sororum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendam.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat monasterium uestrum temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honoerisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine diuine ulctioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, amen, amen.

(Rota) Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Lucius papa III., adiuua nos dominus salutatis.
Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. Bene valete.
Ego [h] Petrus tt.Sancte Susanne presbyter cardinalis ss.
Ego Vinianus tt. Sancte Stephani in Celio Monte presbyter cardinalis ss.
Ego Cynthius presbyter cardinalis tt. Sancte Cecilie ss.
Ego Arduinus presbyter cardinalis tt. Sancte Crucis in Jerusalem ss.
Ego Matheus presbyter cardinalis tt. Sancti Marcelli ss.[i]
Ego Laborans presbyter cardinalis Sancte Marie trans Tiberim tt. Calixti ss.
Ego Chonradus Sabinensis episcopus, Salzpurgensis ecclesie minister ss.
Ego Theodinus Portuensis et Sancte Rufine sedis episcopus ss.
Ego Petrus Tusculanus episcopus ss.
Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
Ego Jacobus diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmidyn ss.
Ego Arditio Sancti Theodori diaconus cardinalis ss.
Ego Rainerius diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.
Ego Gratianus Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss. [i]
Datum Velletrae per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii VII id. Maii, indictione XV, incarnationis dominice anno MoCoLXXXIIo, pontificatus uero domini Lucii [k] pape III anno Io.

---

a) 15.Jh. b) 15.Jh. c) 16.Jh. d)-d) Gitterschrift e) 'lantione' f) 'succept-' g) 'quem' h) die Anordnung der Zeugen erfolgte in 3 Kolumnen i) folgende Zeilen unbeschrieben k) Gitterschrift bzw.Kapitale

1) aufgrund einer -zwischenzeitlich wohl behobenen- fehlerhaften Einordnung trug die Urkundenhülle die Signatur '352'; diese Signatur ist aber nach wie vor auf den Filmkopien enthalten, wie sie z.B. im Staatsarchiv Bamberg benutzt werden;
2) Matthäus 25, 1-10;

12 Nürnberg 1182 VIII 11

Kaiser Friedrich I. nimmt das Kloster in den Schutz des Reiches und bestätigt es im Besitz seiner Güter.

O.: MKS 538 (Perg. 42 x 42)
S.: angehägtes rundes Wachssiegel Friedrichs I. (d=8,1); restauriert;
FRIDERIC' DEI GRA ROMAN.... IMPERATOR AVGS
D.: Priuilegium monasterii ab imperatore Friderico. [a]
1182
Instrument des wechssels Hachstet. [b]
Quinta litera acopiata. [c]
An.: Gew.A Schubl.B Nro.8
F.u
K.S. 538 [d]

A.: (1) BU 271-4 (Perg. 25,5 x 13,3) (formale Bestätigung des 14. Jahrhunderts;
S.: Konventssiegel vgl.UV 46;
D.: In quorum premissorum evidenciam pleniorem presens transcriptum priuilegii propter ammissionis periculum et discrimiam viarum sigillo conuentus nostri voluimus communiri. [e]
Wechselung Haschstet umb voytey Lesten, Santfelt [f], Getzendorff, Frisen, Sewßling. [g]
An.: A.A
L.g

(2) BU 271-5 (Perg. 26,3 x 36) (von 1356 V 6)
D.: 1182
Instrument
Copia [h]
Von dem torffer, dy zu dem closter gehort.
S.Mariae
An.: Cam.A Scrin.B ad Orig. Num.8. [h]
N.t
Nr.5 [d]

(3) BU 271-5 (Perg. 35,8 x 33,3) (1356)
S.: angehängtes spitzovales Wachssiegel des Würzburger Offizials (3,7 x 5,5)
D.: Transumptum confirmationis Friderici imperatoris super quibusdam oppidis et bonis monasterio S.Mariae in Bamberg traditis anno 1182. [i]
Instrument uber die alle dorffer.
An.: Cam.A Scrin.B ad Orig. Num.8.
N.t

(4) HStA MÜ Bamberger Abgaben, A 139 Nr.12 (Übersetzung von 1392);

(5) AEB Rep.I, Akt Nr.225, fol.4 ff. (Übersetzung von 1532 VII 16);

(6) BU 273-19o (Insert in 1532 VII 26);

K.: (1) B Rep.B 69, Nr.24 fol.92;
(2) B Rep.A 139, fol.9;
(3) B Cod.Dipl.fol.14'ff.;

R.: RB I 319; Bechstein, S.163 nr.9; St.4346; L II 522; Cod. Dipl.Sax.Reg. S.323 nr.465; Janicke, S.402 nr.415; Dobenecker II, S.120 f. nr.632; NUB S.61 nr.84;

Dr.: Schuberth 1792, S.21 (teilweise); Stumpf 1804, S.63 ff.; MB 29a, S.443 ff. nr.538;

(Chrismon) [k] In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus [k].

[l]Ad uictoriosam imperatorię maiestatis spectat excellentiam generalem quidem omnibus ęcclesiis et deo militantibus impendere sollicitudinem et prouidentiam, specialem autem ordini monastico et maxime sacratis deo uirginibus et uiduis ob quietam rerum suarum possessionem et sancti propositi custodiam [l]. Vniuersorum [m] igitur Christi nostrorumque fidelium tam futurorum quam presentium nouerit industria, quod dilectę consanguineę nostrę Gertrudis [n] quondam palatinę necnon Irmengardis venerabilis abbatissę cenobii Sanctę Marię [n] in Babemberc precibus inclinati legitimam commutationem bonorum [o] Babembergensis episcopatus pro castro Hostete et ei pertinentibus ab episcopo Eberhardo debita instrumentorum sollempnitate celebratam siue que largitione principum, donatione fidelium, oblatione pauperum uel titulo uenditionis uel emptionis prouenerunt uel prouenient in posterum nostrę sublimitatis auctoritate perpetuo iure corroborando eidem conuentui confirmamus, vt ea iuris ac proprietatis integritate deinceps constent et permaneant ecclesię, qua a principio donationis ei pertinuisse dinoscuntur. Ipsa etiam predia, culta et inculta, exquisita et exquirenda, notariorum nostrorum diligentia subnotari pręcipimus: [p]Gundoldesheim, Burchardesdorf, Vgesuelt, Trepechendorf, decimam in Zodenrůt, Trosendorf, Bolenze, Lizendorf, Gezendorf, Leste, curiam in Owe, Hintesbrune, Hirzheide, sex mansos iuxta fluuium Vraha, in Snephenrůte, Dickereswinden et sub ciuitate Babembergensi quattuor molendina, Memensdorf, Nuwenhusen, Butesvelt, Cunemundesdorf, Birkehe, Mirkendorf, Gusebach, Hagene, Stulen, Welsendorf, Gozwinesberch, Ilmenowe, Horwe, Mennembach, Borbette, Eschelenhorne, Lochin, Stetevelt, Mennenheim, Ruhelendorf, Duringenstat, Crophesrute, Virste, Gruntvelt, Alpach, Sidenhusen, Erkenbrehteshusen, quadraginta duo iugera uinearum [in] Ysolfestat, duo sconunge [in] Houestet, tres mansos [in] Vraha, duos [in] Lindenlohe, Sigelohestein, Attenwinden, Rotembach [p]; preterea eiusdem monasterii principale dominium nostrę imperiali tuicioni et defensioni uendicamus; illorum uero bonorum, quę a prima donatione sua nullo seruitutis oneri uel iuri aduocatię sunt obnoxia, uolumus, ut fauore eiusdem conuentus speciali tuitionis nostrę gaudeant presidio [q]in partem huius sollicitudinis aduocato, quicumque est uel futurus est, ipsius loci episcopo.

Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant et perpetuę fir-

mitatis uigorem obtineant, presenti pagina renouari statuimus, quam sigilli nostri impressione insignitam, idoneorum testium subscriptione confirmamus.

Si quis uero contra hanc nostram institucionem ausu temerario uenire presumpserit, sicut reus maiestatis honoris sui periculo subiaceat et centum libras auri pro pena componat, quarum medietas imperiali camerę, reliqua uero pars cenobio Sancte Marię [n] in Babemberc iniuriam passo persoluatur [q].

Huius[r] rei testes sunt Otto Babembergensis episcopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Albertus Frisingensis episcopus, Adelhogus Hildeneshemensis episcopus, Rudolfus imperialis aulę prothonotarius, Otto marchio Misnensis, marchio Thieodericus de Lusiz, marchio Bertoldus de Ystria, [s]comes Fridericus de Abenberch, Cunradus de Bockesberch [s], Heinricus marscalcus de Papenheim, [t]Albertus de Hiltimburch, Rubertus de Důrne [t] et alii quam plures.

[u] [v]Signum domini Friderici Romanorum imperatoris inuictissimi [u]. (Monogramm)

Ego Godefridus imperialis aulę cancellarius, uice Cristiani Moguntię sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii, recognoui [v].

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis MoCoLXXXoIIo, indictione XVa, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXoIo, imperii uero XXoVIIIo.

Datum in sollempni curia Nvremberch IIIo Id.Augusti feliciter. Amen.

[w]Exhibitum est istud instrumentum in vim probationis per partem agentem [w] [x].

---

a) 16.Jh. b) 15.Jh. c) 15.Jh. d) Bleistift e) 14. Jh.; gleiche Hand wie A (1); f) statt 'Bautsvelt' g) 15. Jh. h) rote Tinte i)15.Jh. k)-k)Gitterschrift; l)-l) fehlt A (1) m) 'et infra vniuersorum' A (1) n)Kapitale o) fehlt A (1) p)-p) fehlt A (1); stattdessen 'Bautsvelt, Getzendorf, Lesten, Seuslingen, Frisen, Hofsteten, Vischern et infra'; q)-q) fehlt A (1) r)'et infra huius' A (1) s)-s) fehlt A (1) t)-t) fehlt A (1) u)-u) Gitterschrift v)-v) fehlt A (1) w)-w) 14.Jh.; fehlt A (2); x) 'Datum anno domini MoCCCoLVIo, feria sexta ante dominicam, qua cantatur misericordia domini. Et obicietur contra hoc idem instrumentum feria sexta post dominicam cantate.' A (3);

13 [ca.1190] [1]

Äbtissin und Konvent des Kloster verleihen mit Zustimmung

licet venerabilis domini Heinrici Babenbergensis episcopi et nostro fecimus corroborari.
Actum /in/ Babenberch anno domini MoCCoXLVI, feria quinta post festum omnium sanctorum.

---

a) 16.Jh.   b) 14.Jh.   c) Bleistift   d)-d) Gitterschrift

1) M.war die Schwester des Bamberger Bischofs Ekbert von Andechs-Meranien; zu ihrem Aufenthalt in St.Theodor vgl. Ussermann 1794, S.449 f.; Oefele 1877, S.37 f.;

34 Bamberg 1249 VII 21

Bf.Heinrich bestätigt die Schenkung von Münzeinkünften durch die Bamberger Bürger Hermann und Friedrich an das Kloster zugunsten eines Jahrtages für die Stifterin.

O.: MBU 671 (Perg. 22 x 21) [1]
S.: (1) vgl.UV 33 (1);
S HENRICI DE ...BAB...BERGEN EPI
(2) an Fäden angehängtes rundes Wachssiegel des Domkapitels;
S...E...
D.: Donatio[a] über XXX schilling von der müncz zu Babenberg[a] monasterio Sti.Theodori /facta/.[b]
Bamberg[c]
1249
An.: H.H.
L.d
K.: (1) B Rep.A 139 fol.15';
(2) B Cod.Dipl. fol.41'ff.;
R.: RB II 411; L II 706; Krenzer 1901, S.24 nr.99;

Heinricus dei gratia Babinbergensis ecclesie episcopus. Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis in perpetuum. Etsi propter debitum pontificalis officii cunctorum necessitatibus consulere teneamur, eas tamen nos conuenit propensiori caritatis studio confouere, que carnalibus abrenunciantes illecebris sexus naturalis inerciam fortitudine uirilis animi subegerunt. Eapropter tenore presentium innotescere uolumus vniuersis, quod Hermannus et Fridericus fratres, ciues in Babenberc et filii quondam Sifridi dicti Albi, fevdum quoddam, quod tenebant a nobis, triginta scilicet solidis Babenbergensis monete, qui ipsis in festo sancti Martini singulis annis de moneta in Babenberc soluebantur, in manus nostras uoluntarie resignantes postularunt humiliter et deuote, quod eandem summam pecunie conuentui sanctimonialium Sancti Theodori in Babenberc ob remedium anime nostre proprietatis titulo donaremus. Nos igitur tam sanctimonialium quam ciuium predictorum precibus benignum inpercientes assensum prenotatam pecunie quantitatem triginta videlicet solidos Babinbergenses de moneta nostra in Babenberc in festo sancti Martini annis singulis exsoluendos intuitu sanctissime dei genitricis ac perpetue virginis Marie necnon et Sancti Theodori martyris ecclesie conferimus et donamus eidem iusto proprietatis titulo perpetuo possidendos et vsibus sanctimonialium inibi domino famulantium profuturos, ita tamen, ut trecesimus felicis recordationis Gerdrudis comitisse palatine, eiusdem ecclesie fundatricis, de bonis celebretur eisdem, ad cuius celebracionem prenominate sorores sepedicta bona unanimiter deputarunt. Dilectorum quoque in Christo confratrum nostrorum prepositi, decani et totius capituli maioris ecclesie predicte donationi uoluntas accessit, qui ad indicium sue conuiuencie et consensus vna nobiscum presentes literas sigilli sui munimine roborarunt.
Testes huius rei sunt Eberhardus de Sluzelberc, Fridericus Walpoto,... [d] de Vfeseze, Heinricus de Striperch, Ludewicus de Rotenhagen, Wolframmus marschalcus de Cunstat, Wolframmus dapifer, Cunrat de Stetebach et Wolframmus pincerna de Ruth, Sifridus camerarius, Guntherus schultetus, Gotefridus monetarius ciues Babenbergenses et alii quam plures.
Actum apud Babinberc anno domini MoCCoXLVIIIIo, indictione VIIa, vicesima prima die mensis Julii.

---

a)-a) 14.Jh.   b) 16.Jh.   c) 15.Jh.   d) Auslassung

1) zur Person des Schreibers vgl.Schöffel 1929, S.50; zum Diktator vgl.ebd., S.48 f.;

35 Bamberg 1249 X [1]

Bf.Heinrich bestätigt den Kauf von Weinbergen bei Krum durch die Nonne Adelheid, wobei die Einkünfte zu einer Jahrtagsstiftung für die Stifterin verwendet werden sollen.

O.: MBU 676 (Perg. 25,5 x 10,1)
S.: (1) angehängtes rundes Wachssiegel Bf.Heinrichs I. (vgl.UV 33); sehr stark beschädigt;
(2) an Fäden angehängtes rundes Wachssiegel unbekannter Herkunft (d=5,7);
...EO...
D.: Testament [a]
1249
An.: M.c
Hochst.Bamberg, Fasz.144, 1249 Okt. [b]
K.: (1) B Rep.A 139 fol.15'f.;
(2) B Cod.Dipl. fol.42'ff.;
R.: RB IV 750; L II 706; Krenzer 1901, S.25 nr.102; TB S.411 nr.60; Schaumberg/Engel, S.29 nr.46;

In nomine domini amen. Nos Heinricus dei gratia Babenbergensis episcopus. Tenore Presentium notum facimus vniuersis, quod nos vineta in monte Tachsperch et infra, que Helmbricus [c] de Chrvmmen a predecessore nostro pie memorie episcopo Ekkeberto in feodo tenebat, ęcclesie Sancti Theodori in Babenberch proprietamus, que humilis soror Alheidis dicte ecclesie de bonis suis comparauit ita, quod exinde anniuersarius Gerdrudis palatine comitisse singulis annis celebretur. Nos etiam et successores nostri eorundem bonorum volumus esse defensores ita, quod nullus alter aliquid sibi iuris in eisdem valeat vendicare.
Ad cuius rei memoriam presens sriptum fieri et sigillo nostro iussimus communiri.
Testes autem sunt Albertus prepositus, Lupoldus custos, Eberhardus de Schowenberch canonici maioris ecclesie Babenbergensis, S/ifridus/ camerarius, Gvntherus scultetus eiusdem ciuitatis et alii quam plures.
Acta aput Babenberch anno dominice incarnationis MoCCoXLoVIIIIo, mense Octobris, indictione octaua, pontificatus nostri anno quinto [d].

---

a) 15.Jh. b) Bleistift c) 'Helmbrcus' d) 'Huius rei testes sumus Gertrudis, Mechtildis, Adelheydis, Helmbericus, Hartmudus, Marcwardus, Mechtildis, Hermannus, Jutta, Bertradis, Mehithildis, Gerberts, Eeberhardus scriptor, Teyno scultetus, Fridericus scultetus, Albertus centgreue de Ebern, Fridericus Neselin, Marcwardus de Vsfelt, Goteferdus de Crumme, Bobpo de Crumme, Heynricus Aurifaber, Gotefridus Ciche, Teyno plebanus et Hasewothe/?/' K (2);

1) die Datierungsmerkmale stimmen nicht überein, da Bf.H.schon 1242 Bischof von Bamberg geworden war, hier aber (1249) im fünften Jahr seines Pontifikats urkundet, was aber wohl auf die verworrenen Verhältnisse zurückzuführen sein dürfte, die seiner Erhebung folgten; er wurde erst 1245 X 1 geweiht, so daß sein Pontifikat sicher erst seit diesem Zeitpunkt gerechnet wurde; (vgl.GS I 174 ff.)

36 Bamberg 1251 II 14

Der Domküster Leupold Rindsmaul schenkt dem Infirmarium des Klosters 4 Pfund an Zolleinkünften als Jahrtagsstiftung [1].

O.: MBU 690 (Perg. 17,4 x 21,6) [2]
S.: Siegel des Domstifts (vgl.UV 1);
D.: De thelonio IIII lb. [a]
1251
Feudum quatuor librarum annuorum redituum ab Henrico episcopo Bambergensi in anno 1251 concessum. [b]
An.: R.y
Hochst.Bamberg, Fasz.145, 1251 Febr.14. [c]
K.: (1) B Rep.A 139 fol.17;
(2) B Cod.Dipl. fol.43'ff.;
R.: RB III 3; Krenzer 1901, S.27 nr.113; L II 718; Schaumberg/Engel, S.31 nr.50;

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Lupoldus custos maioris ecclesie in Babenberc, dictus Rindesmul, considerans et aduertens, quod nulla sanctimonialium Sancti Theodori in Babenberc aliquam pro ceteris sororibis consolationem haberet, si ipsam aut morbi uitio seu egritudinis defectu contingeret laborare, volens earum inopie scilicet consulere in hac parte quatuor libras in redditibus annuatim, que mihi de theloneo in Babenberc soluebantur et quas a ciuibus comparaui, quibus in feudum [d] perpetuum erant concessi, de permissione et uoluntate venerabilis patris et domini Heinrici Babenbergensis episcopi, qui mihi donauit easdem proprietatis titulo possidendas dans mihi licentiam, ut eas possem loco religioso cuicumque pro anime mee remedio delegare, ad infirmariam predicti cenobii do siue lego tali condicione, ut nec abbatissa nec conuentus aliquam in ipsis habeant potestatem, set ad illam sororem specialiter pertineant, cui infirmarium et debilium fuerit cura commissa, vt eas de hiis et aliis bonis ad infirmariam pertinentibus benigne reficiet et caritatiue pertractet, ne duplici afficiantur incommodo, quas dominus misericorditer duxerit flagellandas.
Testes huius rei sunt Albertus maior prepositus, Fridericus decanus, Vlricus cellerarius, Arnoldus de Sunnenberc, Hermannus Ziche, Eberhardus de Hirzberc, Eberhardus de Scowenberc, Albertus iunior Rindesmul, Cunradus de Vrensdorf canonici maioris ecclesie; Petrus custos, Cunradus scutelocus canonici Sancti Jacobi; Sigehardus prepositus Sancti Theodori, Sifridus camerarius, Gotefridus monetarius, Boppo thelonearius,

Burchardus Rufus, Ditericus,filius Lebardi, et alii quam plures.
In cuius rei testimonium ego Lupoldus custos prenominatus presentibus litteris sigillum meum appendi, quibus etiam ad maioris firmitatis indicium sigillum capituli maioris ecclesie est appensum.
Actum in presentia domini episcopi, ipso consentiente et ratum habente in capella Sancti Thome episcopali anno domini MoCCo quinquagesimo primo, indicione VIIIa, in die sancti Valentini.

---

a) 15.Jh. b) 16.Jh. c) Bleistift d) 'feddum'

1) bischöfliche Bestätigung vgl. UV 37;
2) zu Schreiber und Diktator der Urkunde vgl.Schöffel 1929, S.53 ff.;

37 Bamberg 1251 II 14

Bf.Heinrich bestätigt die Schenkung von Zolleinkünften durch den Domküster[1] Leupold Rindsmaul an das Infirmarium des Klosters.

O.: MBU 691 (Perg. 10,6 x 20,5)
S.: Siegel Bf.Heinrichs (vgl.UV 33 (1) und 34 (1)); stark beschädigt;
D.: Consensus episcopi Henrici Babenbergensis super donatione 4 librarum de[a] telonio hic sumptarum monasterio St.Theodori[b] facta.
Anno 1251.
Uber den zole IIII lb. [c]
1251
An.: Z
H.c
K.: (1) B Rep.A 139 fol.17;
(2) B Cod.Dipl. fol.45 ff.;
R.: RB III 3; Krenzer 1901, S.27 nr.114; L II 718; Schaumberg/Engel, S.32 nr.51;

Henricus dei gratia Babenbergensis episcopus. Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis in omnium [d]saluatore salutem [d]. Etsi iuxta preceptum apostoli bonum operari debeamus et omnes, ad illos tamen precipue sollicitudo se debet pastoralis extendere, quos dominus in hoc seculo iuste et misericorditer duxerit flagellandos. Eapropter tenorem presentium innotescere uolumus uniuersis, quod dilectus in Chri-

sto confrater noster Lupoldus custos maioris ecclesie, dictus Rindesmul, quosdam redditus annuos de theloneo et de moneta nostra in Babenberc [e] comparauit, quos uenditores ipsorum a nobis titulo possederant feodali, supplicans, quod eos sibi proprietare uellemus, maxime, cum proponeret ipsos sacris et religiosis locis pro anime sue remedio delegare. Cumque peticioni sue benignum inpertiti fuissemus assensum, idem zelo pie deuotionis accensus quatuor libras, que sibi singulis annis de theloneo soluebantur in Babenberc, ad infirmariam Sancti Theodori martyris de nostra contulit uoluntate ita, quod in illius sororis dispensatione et potestate bona predicta permaneant, quam ad procurandum sorores debiles et infirmas abbatissa de consilio conuentus prefati cenobii decreuerit ordinandam.
Nos igitur donationem supradictam ratam habentes et gratam nostro ipsam roboramus assensu et presenti scripti patrocinio communimus.
Testes autem donationis premisse sunt Albertus maior prepositus, Fridericus decanus, Vlricus cellerarius, Arnoldus de Sunnenberc, Hermannus Ziche [f], Eberhard[us d]e [g] Hirzberch, Eberhardus de Scowenberc, Albertus iunior Rindesmul, Cunredus de Vrensdorf canonici maioris ecclesie; Petrus custos, Cunrodus scutelocus canonici Sancti Jacobi; Sigehardus prepositus Sancti Theodori, Siffridus camerarius, Gotefridus monetarius, Boppo thelonearius, Burchardus Rufus, Ditericus, filius Lebardi, et alii quam plures.
Actum in capella nostra Sancti Thome in nostra presentia anno domini MoCCoLIo, indictione octaua, in die Valentini.

---

a) 16.Jh. b) Doppelung getilgt c) 15.Jh. d)-d) durch Buchstaben Kennzeichnung der Umstellung von 'salutem salu.' e) '-ber' f) vorhergehendes 's' nicht aufgelöst g) Loch

1) vgl.UV 36;

38 1251 VII 21

Einigung zwischen Äbt.Agnes und dem Kaplan Heinrich über die Ausstattung der Kapelle in Burkersdorf.